# MODESTA
# VENATIO
# DEFENSA.

Erudimini qui judicatis Terram.

*Pſal.2.*

FLORENTIÆ, M.DCC.XVI

Typis Antonii-Mariæ Albizzi
*Superiorum Licentia.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# Facti ſpecies.

QUidam Sacerdos in aliquo ſpectabili gradu conſtitutus, & valens auctoritate apud ſuos Cives, nunquam domo exibat, niſi ad celebrandum Miſsæ Sacrificium, vel quando gravis neceſſitas poſtulaſſet. Omnia vitę ſuæ ſpatia divinis, humaniſque ſtudijs ad aliorum utilitatem, eruditionemq; di
nebat, diſtribuebat. Sed quoni
uando intermittere opus eſt , 1
is laboribus animus opprimatur,
um conſilio bis in Anno ſe con
Prædia ſuę Eccleſiæ aſſignata,
publica via, & frequenti viator
ercio remota ſunt. Ibi poſtqu



Digitized by Google

Officio ſatisfecerat, Sacrum celebraverat, Miſſaſque etiam aliquas audiverat, ut motu corporis noxios humores propulſaret, ſumebat Sclopum, quem etiam *Schizzetto* vulgò dicunt, ut ambulando, ſi quas inveniſſet Aviculas, interimeret. Hoc autem nimis modeſtè, & cautè ab eo fiebat, cupiens in hac etiam honeſta voluptate à nemine videri. Cùm autem nonnulli, quos hujus Viri ſplendor nimium offendebat, nec aliquid haberent, quo eum à bona fama, quam ſuis ſtudijs, ac moribus acquiſiverat, deijcere poſſent, eum inſimulare cœperint tanquam Sacrorum Canonum tranſgreſſorem, eò quod dans venationi operam Sclopo uteretur; Ego, qui jactari dignitatem ejus moleſtè patior, ... qui video multos eſſe in noſtra ætate, ... riſeorum more ad leges recurr... ... ſecundùm leges vivant, ſed u... ...oceant, & cùm leges ad impro... ...ndos latę ſint, patrocinio imp... ſuſcepto, volunt optimos legib... ...in arcem hujus Cauſæ invado, ... delicti ſuſpicione liberem accu-

ſa

ſatum virum, oſtendendo videlicet, eum non fuiſse Sacrorum Canonum violatorem, nec ullam ab ijſdem promulgatam pœnam incurriſſe.

QUotieſcumque alicuius rei ſpecies prohibetur, non ſtatim debet intelligi vetitum genus, ſub quo talis ſpecies continetur, niſi de illo expreſſè caveatur; ſic qui prohibet indui virum veſte muliebri, non prohibet ne veſte utatur; qui vetat ne aſſumatur uxor proximi, non vetat ne abſolutè uxor aſſumatur; qui interdicit ne inhoneſta carmina recitentur, non interdicit omnium carminum recitationem; qui denique in Clericis contractus cambiorum damnant non prohibent ne aliquos contracto int; & hæc ſemper regula ſerva , ut odia reſtringantur, favores plientur, per *Text. in cap. Odia. d jur. in 6.* Cùm autem Sacri Canone adverſus Clericum venatorem add lent non confusè, & generalit preſsè, & in ſpecie loquantur

dicatur eorum tranſgreſſor, debet ea egiſſe, quæ in eis prohibentur; in eis autem non prohibetur uſus Sclopi , ergo uſus hujus inſtrumenti non eſt contra Sacros Canones, qui adduci ſolent.

Ut autem videamur cum fundamento loqui, referantur jam Sacri Canones, qui in titulo *de Clerico venatore* habentur; Et quidem *in cap. Epiſcopum, hoc titulo*, ſic legimus: *Epiſcopum, Præsbiterum, aut Diaconum Canes, aut Accipitres, aut hujuſmodi ad venandum habere non licet: quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit, ſi Epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione, ſi Præsbiter, duobus, ſi Diaconus, ab omni officio ſuſpendatur.* [illegible] *cap. Omnibus*, quod eſt veluti Summa [illegible]ioris, habetur: *Omnibus Servis Dei* [illegible] *ones, & ſylvaticas vagationes c*[illegible] [illegible]*us, & Accipitres, aut Falcones ha*[illegible] [illegible]*dicimus*. Quæ verba, quis non v[illegible] [illegible]ohibere venationem, ut non omne [illegible] damnent, ſed ſpeciem venationis, [illegible] temporibus adhibebatur. Prohi- [illegible] jure prohibentur ſylvaticæ va-



Digitized by Google

gationes, expreſſo tamen earum modo, & ſpecie cum Canibus, Falconibus, Accipitribus, ne Epiſcopi, Præsbiteri, Diaconi, qui Populis erudiendis à Deo electi ſunt, à sacris commercijs abhorreant, agreſtem, ruſticam, barbaramque vitam agant, ſua voluptate profugi, & exules à cætu mortalium. Prohibetur, ne Canes nutriant, Accipitres, & Falcon s, ne videlicet Pauperum ſubſidia in animalium nutrimenta convertantur. Concilium Matiſconenſe 2. Can. 13. *Volumus, quod Epiſcopalis Domus, quæ ad hoc Deo favente inſtituta eſt, ut ſine perſonarum acceptione miſeriarum ſuarum levamen habere confidunt, dum infeſtorum Canum morſibus laniantur, detrimentum verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur Epiſcopalis habitatio hymnis, non latra operibus bonis, non morſibus venenoſis. ...itur Dei eſt aſſiduitas cantilenę, monſt ...dedecoris nota, Canes ibi, ... ...bitare.* Concilium Aqui... cap. 11. *Conſequitur ... ...lerorum pauperum ...*

*ſiceret, panis inquam de redditibus Eccleſiaſticis collectus, quod eſt Patrimonium Chriſti, ad beſtiarum cibum indignè transferatur, cujus criminis ratio diſtinctè in die Domini reddetur*. Divites ipſi ſciunt, quot expenſæ ad alendos curſorios Canes, ad paſcendos Falcones, Accipitreſque requirantur. Quæ omnia dedecent Eccleſiaſticum Virum, cujus eſt pauperem ſublevare, pupillo, viduæque ſuccurrere, & nunquam permittere, ut panis filiorum ſubminiſtretur canibus. Hujuſmodi etiam venatio Famulos requirit, qui Canes gubernent, Accipitres nutriant, ad prædam dirigant, ut per aſpera montium juga aut currentem, aut volantem prædam equantur, ad quod ſpectaculum rumore ommoti multi ex vicinis populis conat, ut videant, quantum Canes cur- præſtent, quis prior Leporem, Cer- apprehendat, ut cernant, quomod- cipitris volatum illius regior iſcant, ut alarum ſub- tuerique ſibi vitam c- rata jam ſalute ſu-

veſtibus abſcondant. Quod ſpectaculum multos vocat, ac diſtrahit, nec Eccleſiaſtico Viro dignum videtur. Cùm autem in hiſce Canonibus citatis, cùm mentio fit venationis, ſpecies venationis exprimantur, nempè venationes ſylvaticæ cum Canibus, Accipitribus, Falconibus, colligitur manifeſtè non damnari omnem venationem, ſed eam tantùm, cujus fit mentio; nam indubitati juris eſt, quod ſpecierum enumeratio facta poſt genus, ipsũ reprimit ad ſpecies enumeratas, ita *Paulus lib.* 32. *ad edictum in L. Sed & ſi adijciatur,* 13. *ff. pro ſocio*, vide *Marantam in Medulla decret. pag.* 752. *Rot. apud Card. Seraphinum deciſ.* 964. *num.* 3.

Notanda ſunt etiam illa verba *cap.* 1 ... *Clerico venatore* à nobis jam citati an ... pœna proponatur, legim... ...uis talium in hac voluptate ...erit, in quibus animadver... ...mvis, ut ait *Barboſ. de d*... ...io, *ſæpius*, poſſit ad dv... ... referri, per *Gloſſ. in* ... 7.: tamen hìc, n...

Digitized by Google

voluptate, & ubi dictioni *ſæpius* adjungitur verbum *detentus*, non debet intelligi de quocumq; brevi, ac perfunctorio actu, ſed de habitu, ſeu voluptate, qua quis omninò detineatur, atque adeò, qua quis à proprij ſtatus exercitio diſtrahatur ita, ut propter talem voluptatem, cujus, dum venatur, fit præda, multa omittat, quæ ſibi competunt. Hæc eſt hujus verbi, *detineor*, propria ſignificatio, ut paſſionem quamdam, moram, violentiamq; indicet. Quod nobis elegantiſſimè oſtēdunt Cicero, Plautus, Terentius, Seneca, multiq, Scriptores, à quibus citādis abſtineo; adducam tantùm aliqua Virgilij carmina, nam Eclog. 10.

*Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer ævo;*
*Nunc inſanus amor duri me Martis in armis*
*Tela inter media, atq; adverſos detinet hoſtes.*

Lib. 2. Æneid.

*...o Myrmidonū ſedes, Dolopumve*
*...am, aut Graijs ſervitum matr...*
*...e magna Deū Genitrix his de...*

...verò 10.

*...em belli dum detinet, omn...*
*Lauſum increpitat, Lau...*

Aliud eſt voluptate uti, aliud detine voluptate ; aliud eſt voluptatem noſtr eſſe, & aliud nos eſſe voluptatis. V Apoſtolus, ut qui habent, tanquam non habentes ſint, qui utuntur hoc Mundo, tanquam non utantur. Quæ quidem, ſi ad omnem Chriſtianum ſpectant, multò magis ad virum Divinis Miniſterijs Sacramento adſtrictum, ipſi tamen aliquibus uti conceſſum eſt, ſed à nullo detineri. Quemadmodum jubente Deo ſuos Milite juxtà aquas probavit Gedeon, & illi ad dimicandum fortes ſunt habiti, qui manu lambuerunt aquas, ità in Chriſti Militia illi fortes reputantur, qui aut deli omninò reſpuunt, aut, ſi aliquas ad re ciendum corpus, animumque capei oportet, lambendo capiunt, nec in t ra proſtrati, ſed erecti. Vide quanta in Eccleſiaſticis legibus clementia ? P hibent vagationes ſylvaticas cum C bus, Accipitribus, &c. ſed non ſuſ dunt, niſi ſæpius detentum. Quod utens venatione, quæ expreſsè tur, ut pœnam incurrat, debet



Digitized by Google

ıptate detineri, quomodò damnabis eum, qui neque detinetur in volute, & illis privatè, & cautè utitur inumentis, quæ in Sacris Canonibus de Clerico venatore non interdicuntur?

Sed quoniam tempus, in quo prędicti Canones ſunt promulgati, non parum lucis affert defenſioni à me ſuſceptę, illud ſilentio prætereundum eſſe non cenſeo. Hi duo citati Canones communiter cenſentur Concilij Aurelianenſis, ſed in exẽplaribus dictorum Conciliorum non reperiuntur; extant tamen in Synodo illa Francica, ſeu Germanica temporibus Caroli Magni, & Zacchariæ I. Anno 742., in Canone ſecundo ejuſdem Synodi leur: *necnon & illas venationes, & ſylvaas vagationes cum Canibus Servis Dei indicimus, & ut Accipitres, & Falcones n habeant*. Qui quidem Canon reperit *lib. 5. Capit. Caroli Magni, cap. 2., & 5. cap. 112.*, ut teſtis eſt *Gonzalez ad Omnibus, de Clerico venatore*. Concia Aurelianenſia, ſive illud ſit cefub Clodoveo Anno 511., ſive al-

alterum, quod Concilium tertium dicitur Anno 538., ſive quintum Anno 549., ſive denique alterum ſub Roberto Rege Anno 1017., multis ſeculis antecedunt Sclopi venatorii uſum : nam Bombardæ æneæ, quæ priores ſunt ipſis Sclopis, dicuntur primùm inventæ ab Anglis in expugnatione Cenomanorum Anno 1425., ut refert Calviſius in ſuo Chronologico Opere: Sclopi autem uſus non eſt duobus ab hinc ſeculis antiquior, ut experientia ipſa demonſtrat; nam ipſorum Scloporum tubi omnium antiquiſſimi, è quibus miniſterio tormentarii pulveris plumbeæ glandes in animalia jaciuntur, non reperiuntur excedere ducentorum annorum ſpatium: quomodò ergo in antiquiſſimis Canonibus poteſt uſus Sclopi adhuc non exiſtentis prohiberi?

Neque mihi arridet Gonzalez interpretatio ad *cap.* 1. *eod. tit.* qui unam e præcipuis cauſis, cur venatio Clericis interdicatur, eam dicit eſse, quod c venatio cum armis exerceatur, quæ belli ſimilitudo eſt, atque adeò E

norum , Præsbiterorum , Clericorumque profeſſioni contraria ; non , inquam , arridet ; nam in ſupradictis Capitibus nulla armorum fit mentio , atque adeò gratis hoc aſſeritur , & in odioſis pænam imponentibus non debet pæna extendi ad id , quod non eſt expreſsum . Neque inquiritur , an Eccleſiaſtico Statui abſolutè conveniens ſit venatio , ſed tantum, an qui utuntur venatorio Sclopo cum omni moderatione , & cautela , poſſint vi Sacrorum Canonum *de Clerico venatore* condemnari . Rurſus , ſi ob belli ſimilitudinem venatio interdicitur , ergò etiam quidquid habet crudelitatis , bellique ſimilitudinem , prohibetur : & ſic non poterit Clericus occidere animalia , nec fundere eorum ſanguinem , eſt enim crudelitatis genus , quod in bello exercetur , non poterit ludere latrunculis , qui ludus eſt belli , furtique ſimilitudo . ...lta ſunt, quæ depravat uſus , & in...io ; ſi gladiolum , ſive cultrum de...s ad acuendum calamum ſine culpa ...s , ſi verò ad occidendum hominem

nem tibi inviſum, gravis delicti reus eris.

Concilium Tridentinum ſeſs. 24. de Reformat. cap. 12. interdixit Clericis venationes, ſed illicitas, legimus enim: *Ab illicitiſque venationibus, aucupijs, choreis, tabernis, luſibuſque abſtineant*. Non ergò ex ijs verbis aſſerere debemus prohibitam eſſe omnem venationem, ſed tantum illicitam, quemadmodum non eſt interdictus omnis luſus, ſed luſus, qui eſt Clericis illicitus. Videamus autem, an Decreta prohibentia debeant extendi ad moderatam, ſecretamque venationem cum Sclopo, quæ quidem minus diſtrahit, quam cæteræ venationes, quę licitæ judicantur. Neque enim antè ſolis ortum ducendæ ſunt aves, quæ cantu tranſeuntes provocent, & alliciant non extendenda retia, non viſco obnenda virgulta. In hac venatione ſa eſt, ſi incedas, & videas, & aliquan parum temporis in ea conſumitur. C ſi dicat aliquis nomine illicitarum tionum illam etiam comprehendi

Sclopi miniſterio exercetur, huic ego opponam, igitur talis venatio, & à Concilijs jam citatis, & à Concilio Tridentino interdicta eſt. At quis credet Epiſcopos pietate, doctrina, & zelo conſpicuos eſse Sacrarum Legum violatores? Quot Epiſcopi in Italia, & plerumque in locis Sanctæ Sedis juriſdictioni ſubjectis concedunt Clericis licentiam deferendi Sclopum, eoque utendum ad venandum? Quot Prælati in hujuſmodi venatione ſe exercent? Quot Eccleſiaſtici Proceres digniſſimi? Si Oppida, Villas percurras, paucos invenies Plebanos, animarumque Rectores, qui cum Epiſcopi licentia Sclopum non retineant ad hunc uſum? Hic à Romanæ Sedis Legatis in ſua juriſdictione indifferenter conceditur. Ergone credendum eſt tot prudentes Paſtores, tot inſignes Præſu-s, immò & aliquos ex Eminentiſſimom Cardinalium Collegio, qui ſacra acerrimè tuentur, & zelo ſummo diunt, voluiſse leges ipſas pro nibere, ac manifeſtè contemnere?
Ergò

Ergò cùm ferè omnes ex ſuburbanis Præſbiteris à Sclopi venatorij uſu non abſtineant, omnes erunt ſuſpenſi, & vix paucos invenies, qui poſſint munera ſua exercere: quod ſi ſuſpenſi exercuere, quanta erit in Populis confuſio, qualis Animarum ſcrupuli? Ne ergò dicamus peccare contra leges majorem Epiſcoporum, Præsbiterorumq; numerum, dicamus potius Sclopi venatorii uſum Sacris illis Canonibus non prohiberi.

Quod ſi dicas Epiſcopos has licentias concedere, quia cùm ſint Inquiſitores nati, poſsunt habere armatam Familiam, jam in ſcopulum incidis, cùm hæc Familia determinata eſse debeat, nec de Familia cenſeantur, qui Epiſcopo non deſerviunt. Rurſus, aliud eſt habere armatam Familiam, & aliud habere Familiam venantem. Epiſcopi autem circa Eccleſiaſticos ſuæ Diæceſis in concedendis hiſce licentiis numerum non retinent, ſed perſonarum qualitatem conſiderant, & ſciunt Clericos non ad alium uſum Sclopos adhibere quàm ad venandum: quod experie[ntia] ipſa demonſtrat.



Digitized by Google

Quia verò ſolent à nonnullis contra venatores Clericos etiam aliqui Canones adduci, qui à Gratiano citantur in Decreto, ego nullum eorum comprehendere aſſero cauſam, de qua in prȩſenti agimus. Nam *cap Qui venatoribus* 86. *diſtinct.* eſt Divi Auguſtini in Africa exiſtentis Ann. 415. & eſt in Pſal. 102. ad illa verba, *facieris miſericordias*, ubi ſic ſcribit: *Qui venatoribus donant, quare donant, dicant mihi, quare donant venatori? Hoc in illo amant, in quo nequiſſimus eſt, hoc in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt: ipſam nequitiam publicam ( alias publicant ) ſpectaculis omnium*. Hæc eadem repetuntur à Sancto Doctore in *Can. Qui venatoribus*, & in *Can. Vident. eadem diſtinct.* Sed omnes intelligunt loqui ſanctum Doctorem de Arenaria venatione, qua homines lucri cauſa cum beſtijs decertabant, & ideò hæc ars appellatur nequiſsima, quod non diceretur de alijs venationibus, quas sæculares adhibere poſsunt ſine culpa.

In *Canone Eſau, eadem diſtinct.* qui eſt opera Divo Hieronymo adſcripta

*tom.8.*

*tom.*8. in Pſal 90. ad verſ. *Sperabo in Domino* , & editus videtur in Palæſtina Anno 415. habetur: *Eſau venator erat, quoniam peccator erat , & penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem , piſcatores invenimus Sanctos.* Hic autem Divi Hieronymi Canon, ſi abſque ulla diſtinctione eſset intelligendus, probaret venationem eſse peccatorii opus, atque adeò illicitam eſse etiam Principibus, & Sæcularibus. Intelligendus eſt ergò Divus Hieronymus de venatione oppreſſiva, quam Eſau exercebat, poſtquam Primogenituram vendiderat , incedebat enim ſtipatus armatis hominibus , ut fratrem interimeret. Legatur Geneſis c. 17. verſ. 41. ubi habetur: *Oderat ergo ſemper Eſau Jacob pro benedictione , qua benedixerat ei Pater; dixitque in corde ſuo, venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.* Cap. verò 32. verſ.6. legimus *Reverſique ſunt nuncii ad Jacob, dicentes, venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occurſum cum quadringentis viris: timuit Jacob valde, &c.*

Digitized by Google

In *Can.* *Quid prodeſt, ead. diſtinct.* qui eſt Divi Ambroſij hom. 33. de Quadrageſima, ſcriptus Mediolani Anno 380. ponitur: *Quid prodeſt jejunare viſceribus, & luxuriare venatibus? Abſtinere cibis, errare peccatis?* Sed hìc intelligendus eſt ſanctus Doctor de illis, qui jejunorum temporibus, cùm cęteri erant intenti ſanctis operibus, & mortificatione interna, externaq; pęnitentia Deum placare ſatagebant, ipſi ſuis voluptatibus indulgebant, multoſque retrahebant à Divinis Officijs; quod patet in *Can. An putatis, ead. diſtinct.*, & ejuſdem ſancti Doctoris de Quadrageſima agentis: *An putatis illum jejunare fratres, qui primo diluculo non ad Eccleſiam vigilat, non beatorum Martyrum loca ſancta perquirit, ſed ſurgens congregat ſervos, diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſylvaſque perluſtrat? Servulos inquam ſecum pertrahit fortaſsè magis ad Eccleſiam feſtinantes, & voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena, neſciens reum eſſe futurum non tam de ſuo delicto, quàm de perditione ſervorum.* Videant jam rectiſſimi eruditiſſimique viri, an citatis Cano-

ni-

nibus poſſint condemnari Clerici, modeſtè, cautèque utentes Sclopo venatorio.

Sed audio: nemo unquam Sanctus hoc geſſit? Quid tam indecorum, quàm videre Eccleſiaſticum virum more Militum cum Sclopo ambulantem? Cùm tamen hoc prohibeatur in *Clementin. Diœceſanis*, §. *Adverſus*, *de vita*, *& honeſtate Cleric.*; *& cap. Clerici*, *hoc titulo*. Sed tempora horum Canonum examinare oportet. Nam *cap. Clerici* deſumptum eſt ex Concilio Pictavienſi celebrato in Gallia Anno 988. quo tempore ad oſtentationem, & pompam Clerici ſe ſæcularibus negociis implicabant, armati incedebant, pugnabantque ſicut cęteri Milites, & cùm diſcordię civiles, populariſque furor exardeſceret, ad aliquam diſſidentium partem ſe adjungebant. Neque in Gallia tantùm, ſed & in aliis quoque Chriſtiani Orbis Provinciis peſtis hęc perencioſiſſima graſſabatur Et hinc Beatus Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus Zacchariam Pontificem interrogavit; quomodò ſeſe gerere debuiſſet cum Epiſcopis venationi, aut bell

*ditis*. Ait enim Epiſtola ſua prima, quam citat *Thomaſinus num. 3. tom. 3. par. 3. lib. 3. cap. 2. de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina: Sunt tamen ebrioſi, & injurioſi vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu ſanguinem hominum. Clement.* autem *Diæceſanis* edita videtur in Concilio Viennenſi Anno 1312. Sed meminiſſe oportet eorum, quæ his temporibus acciderunt, nempè civilium diſcordiarum, abolitionis Templariorum, & infeliciſſimi exitus, quem in Gallia habuit illud Cruciatorum fędus, ad quod etiam adſciti ſunt plures Eccleſiaſtici, qui hac fortaſsè occaſione, & etiam multò poſt, arma publicè deferebant, immemores, quod arma Sacerdotum orationes ſunt, & lacrymę. Juſtè ergò illa prima ſæcula arma geſtari vetuerunt, nec illæ Eccleſiaſticæ leges abrogatę ſunt, ſed à poſterioribus Conciliis ſunt explicatæ. Damnaverunt priora Concilia publicitatem, uſum perverſum, immò abuſum Clericorum arma geſtantium; poſteriora verò Conciliorum arma à Clericis geſtari permiſerunt,

runt,

Digitized by Google

runt, jam declararunt quo in ſenſu, & quem ad finem priora Concilia uſum eorum prohibuerint. Et quidem poſtquam Clemens V. ſuum illud Decretum promulgavit, quo irregularitatis formidine abſolvuntur Clerici, qui aggreſſores occiderint, dum hoc nituntur, ne ipſi occidantur, nemo dubitavit deinceps, quin poſſent Clerici arma geſtare accomodata propulſandis, & inferendis plagis, ubi eorum vitæ juſtum periculum imminebat. Quę ad defenſionem, aut belli tempore prius concedebantur, cæperunt etiam extra hos fines concedi. Nam Concilium Moguntinum Anno 1549. *Can.* 74. *de Clericis*, ait; *Nulla arma induant, niſi itinerantes;* Narbonenſe Anno 1551. *nec enſem, nec pugionem, nec aliud armorum genus ſecum gerant, niſi propter itineris neceſſitatem*; hoc idem Concilium Narbonenſe 1609. Concilium Aquileienſe 1596. *Cap.* 41. *Arma Clericorum ſunt lacrymæ, & orationes, non enſes, aut alterius formæ, vel materiæ arma. Per Civitates, & loca, in quibus habitant, ſi quis Clericorum extra itineri-*

*ciendi neceſſitatem inſolenter arma cujuſcumque generis detulerit, eum damnandum ſtatuimus quarta parte fructuum ſuorum beneficiorum.* Eadem ferè repetuntur in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis pag. 17 quibus ſe aptavit Mediolanenſe Concilium Anno 1585 Hodie autem, ut ſuprà oſtenſum eſt, abſque difficultate licentiæ honeſtis Clericis conceduntur, & viris Eccleſiaſticis, quos ſciunt Epiſcopi facultate conceſſa non abuſuros.

Nemo inquam Sanctus hoc geſſit? Sed hìc non agimus de reponendo in Sanctorum albo Clerico Sclopum geſtante, ſed ſolùm de non mittendo ad inferos. Sanctum appellamus, qui virtutes in gradu heroico exercet; damnatum dicimus eum, qui neglectis virtutibus peccata commiſit, & ſine pęnitentia diſceſſit. Diximus Eccleſiaſticum virum debere cum omni cautela uti illo venatorio Sclopo, & non ad oſtentationem, & ſcandalum. Multa [illegible]cita, & honeſta, ſi cum oſtentatione [illegible]t ab Eccleſiaſticis, eos à peccato non [illegible]t. Licet Clerico in prædio ſuo ludere

dere

dere globis ligneis, ac pila, non licet tamen in publica via; poteſt ipſe domi ad depellendum frigus more Armenorum veſtiri, non poteſt in urbe; poteſt ruri ſago ruſtico indui, ferratis calceis uti, quod in urbe ridiculum eſt. At ſi Clericus etiam ſolus venationis voluptatem capiat, vicini rumore excitabuntur tormentarij pulveris. Sed quæro an rumor, ſtrepituſque eccleſiaſtici Sclopi à laicorũ ſtrepitu diſtinguatur? ut ſtatim deprehendatur eſſe Clericum venantem, qui tormentarij pulveris rumore quietas auras percuſſit. Eſto quod ſciant fuiſſe Eccleſiaſticum; ſcient oppreſſiſſe ſuis ictibus cubantem leporem, non verò alterius uxorem, quæſiviſſe volitantes aves per amæna camporum, at non curioſum fuiſſe de aliorum vitijs, non ſediſſe in Pharmacopolarum officinis multo otio de aliorum vita obmurmurans, ſcient Eccleſiaſticum virum occidiſſe perdicem, non perdidiſſe homines, Sclopo venatorio uſũ fuiſſe per modicum tempus, at non tetendiſſe laqueos honeſtati. Quæ omnDigitized by Google

rectiſſimo, eruditoque Judici proponantur, non dubito, quin accuſatum virum ab omni criminis ſuſpicione, & ab omni prorſus ſuſpenſione liberum eſſe non judicet.

Et ità ſalvo ſemper, &c.

*Obſequentiſſimus*
Livius Bordoero S.T.D.P.

99 95 1623

Digitized by Google